Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.

Wien, 1799 Seite 99

Quelle:
Copyright:

cerdotio fruentem ablegaſſe. Perveniſſe *Paulum* ſat quidem cito ad iſtud Sacerdotium, illud probat, quod in Academia noſtra non niſi Procuratorem *Rhenanae* Nationis a. 1454. egiſſe reperiatur; inclaruiſſe vero *Paſſavii* ſacris ad Populum dictionibus demonſtrant repetitae earum Sec. XV. Editiones, quarum Seriem adſcribo: *Sermones Dominicales. Paſſavii per Joh. Petri* 1491. 1494. 1497. f. *Hagenoae per Henr. Gran* 1497. 1499. 4. Sine *l.* et *a.* duae 4. ad quarum unam in calce dicuntur *Sermones* hi collecti intra annos 1468—69. demum *Quadrageſimale Monachii per Johann. Schopſſer ſ. a.* 4. Munificum praeterea ſe in Academiam noſtram, teſte *Ederi Cat. Rector.* ad an. 1517. exhibuit *Paulus* fundatione Contubernii ſeu *Burſae Haydenhaim.* Exige ad haec, quae de eo *Joh. Launojus* in *Append. Diſſert. de Auctore Libror. de Imit. Chriſti. Pariſ.* 1663. 8. p. 137. et errorem, quem non unus erravit, inter *Patavium* et *Pataviam* ſeu *Paſſavium* obſerva.

LXVIII.

R. 762 Codex membraneus germ. Sec. XV. Folior. 332. f. egregie perſcriptus, fronte florulenta et coloribus cultus, praemiſſo Pſalmorum et Canticorum Indice, hanc Rubricam praefert: *Hie vahet an die vorrede, wer die gloſe über dem pſalter gemachet hät, vnd nicolaus von lyra iſt ſin namen ain barfuoſſe vnd ain hoher lerer vnd vahet alſus an. Propheta magnus.* Habemus itaque *Pſalterium cum Gloſſa Lyrani* germanice redditum cum Praefamine, in quo de Pſalmorum vario intellectu, Autoribus, et ipſo Gloſſatore breviter agitur. Initium eſt: *Es iſt zu merkent das etlich pſalmen ſind die man bloslich allain nach der geſchrifft verſtät vnd das ſelb haiſſet liplichen verſtanden als die Juden die alle hailige geſchrift liplichen* (leiblichen) *vnd nit gaiſtlichen verſtündent* &c. Mox ipſius Operis methodum altera ita docet Rubrica: *Dis iſt der tütſch pſalter. In zwayerlay wiſe. Zu dem Erſten die Gloſe mit dem Texte. Vnd zu dem andern male die latinſchen vers vswendig vff dem ſpatium* (in margine) *vnd darnach über yeglichen pſalmen wer In gemachet hät.* Primum igitur cujusvis Pſalmi Argumentum, quod Noſter *die Vmb geſchrifft* adpellat, deinde quivis Pſalmus στιχηρῶς cum Poſtillis, adjectis in margine Verſiculis latinis. Primus, qui argumento caret, incipit: *Sälig iſt der man der nit abgieng in den raut der vnguoten. Das iſt. Sälig iſt der der da veſt ſtät in guoten werken vnd davon nit engät* &c. Ita decurſo Pſalterio *fol.* 310. p. 2. absque ulla diſtinctione ſuccedunt reliqua Cantica Biblica cum Hymno *Ambroſiano* et Symbolo, quod inſcribitur *Sant athanaſius Pſalm.* His adhaerent Litaniae OO. SS. cum multis Precationibus, quas inter Salutatio angelica ita ſonat: *Gegrüſſet ſieſt du maria vol gnaden Der Herr iſt mit dir*

Du